



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

Luxemburgi, 1739

LV. Alternativa in quatuor Provinciis Congregationis Camaldulensium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74708)

ANNO
1679.

INNOCENTIUS UNDECIMUS. 259

ANNO

1679.

Veneræ, E-
truria, &
Marchia;

Confirmatur
relatum De-
cretum.

Cui additur,
ut alternativa
Generalatus
incipiat, a
Provincia E-
truria, &
Marchia:

Clauſula:

LVI.

Dat. 26. Maii
1679. An. 3.

Exordium.

Item visitan-
tibus Eccle-
sias d. Patro-
ni in ejus fe-
sto concedi-
tur Indul-
gentia Plen.

Clauſula.

petentes decernimus, juxta tamen Rubricas Breviariorum, & Missalis Romani; & ad formam Constitutionis fel. rec. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris nostri super observatione Festorum die decima tertia Septembbris 1642; emanata.

§. 3. Præterea ad augendam fidelium Religio-
nem, & animarum salutem ecclesiasticis Ecclesias
thesauris pia charitate intenti. Omnibus utriusque sexus Christifideibus, vere penitentibus, &
Confessis, ac Sacra Communione refectis, qui
die Felicis Sancti Josephi prædicti a primis Vesperis
usque ad occasum sois diei hujusmodi qualcumque Ecclesias in Regnis, & Dominis dicti Regis,
Deo in honorem ejusdem S. Josephi halterius dedicas, & in futurum quandcumque dedicandas, carumque quamlibet quoramnis devote vi-
fitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, heresum extirpatione, & S. Matris Ecclesias exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus.

§. 4. Non obstantibus quibuscumque Decre-
tis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus generalibus, vel specialibus, necnon quatuor opus sit quibusvis etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robورatis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse deroga-
mus, ceterisque contraria quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscripis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem proflua fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud ha-
beatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub An-
nulo Piscatoris die XIX. Aprilis MDCLXXIX. Ponti-
ficiatus nostri Anno Tertio.

LV.

Confirmatur Decretum Definitorum Congregationis Camaldulensis de alternativa quatuor præcipuorum Officiorum in quatuor eisdem Provinciis servanda.

Similis alternativa in Provincia Quiteni Eremitarum S. Augustini confirmata fuit ab eodem Pontifice in Constit. 29. que incip. Pro parte charissimi. in hoc Volum. pag. 223.

Dat. 22. Apr.
1679. An. 3.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Decretum
Diæta de al-
ternativa e-
lectionum
Generalis,
Procuratoris
Generalis,
Visitatorum,
& Definito-
rum in Pro-
vinciis Ro-
mandiæ,

CUM (sicut accepimus) in Dieta Congrega-
tionis Monachorum Camaldulensem Ordini-
nis S. Benedicti die 23. Aprilis 1676. factum fuit
Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet. Ut
servetur æquitas, & Justitia distributiva in elec-
tione Generalis, Procuratoris generalis, & Visi-
tatorum unanimi consensu, & per vota secreta
statuerunt, & decreverunt RR. PP. Definito-
res, ut in posterum in futuris Capitulis genera-
libus supradicta quatuor Officia alternatim distri-
buantur per quatuor Provincias Romandiæ,
Venetæ, Etruria, & Marchia, adeo quod uni-
cuique Provincia unum ex prædictis quatuor

Officiis conferatur tali ordine, & dispositione:
ut postquam una ex prædictis Provinciis Gene-
ralatum obtinuerit, non possit iterum obtinere,
nisi postquam per alias tres Provincias Genera-
latus fuerit distributus, & sic dispositum intel-
ligatur de aliis tribus officiis. Nos Decretum
hujusmodi rationi consentaneum; illiusque ob-
servantiam multum utilitatis dictæ Congrega-
tioni allaturam esse reputantes, de Congrega-
tionis nonnullorum Venerabilium Fratrum no-
strorum S. R. E. Cardinalium super hoc negotio
specialiter deputatorum consilio; Decretum præ-
insertum auctoritate Apostolica tenore præsen-
tium confirmamus, & approbamus, illicue in-
violabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus,
ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus,
si qui desuper quomodolibet intervenerint, sup-
plementus.

§. 1. Præterea considerantes, quod Provincia Etruriæ, & Marchia dictæ Congregationis Camaldulensis, jam a multis annis Generalatu ejusdem Congregationis honorata non fuerunt, in proxime futuro ipsius Congregationis Capitulo generali unum Monachum expresse professum Provinciae Etruriæ, vel Marchia hujusmodi qua-
litatibus ad id per Constitutiones dictæ Congre-
gationis requisitus prædictum in Abbatem Gene-
ralem ejusdem Congregationis, servatis alias servandis, eligi, quoad reliqua vero tria Procu-
ratoris, scilicet Generalis, & duorum Visitato-
rum Congregationis præfata munera di-
positionem Decreti præferenti observari debere, au-
toritate, & tenore prædictis decernimus, & de-
claramus.

§. 2. Decernentes pariter easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces exi-
stere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spe-
ctat, & pro tempore quandcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari,
& ab eis repetitive inviolabiliter observari; sic-
que in præmissis per quoscumque Judices Ordina-
rios, & Delegatos, etiam Catarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debe-
re; ac irritum, & inane si fecus super his a quo-
quam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec-
non dictæ Congregationis Camaldulensis, ejusque Provinciarum, & alii quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmate alia robورatis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet con-
cessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro ple-
ne, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat spe-
cialiter, & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque:

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Pil-
catoris die XXII. Aprilis MDCLXXIX. Pontifica-
tus nostri Anno Tercio.

Extenditur Festum Patrocinii B. M. Virginis ab
Alexandro VII. institutum in Regnis Hispaniarum ad omnia Dominia Regis Catholici:

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ximia, & Orthodoxæ fidei cultore, & af-
fertore Rege digna Charissimi in Christo fi-
lii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici